



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Speculum Veritatis Et Justitiæ: Repræsentans Pacem &  
Æquitatem Principis, Veritatem Facti, Et Juris Evidentiam  
Oppositum Caliginosæ Lampadi, Tribus Braxatoriæ  
Hildesiensis Pro Principe, Capitulo ...**

**Hildesheim, Anno 1691.**

Num. 45. Ludolphi Schraderi J.C. Brunsvicensis Collegii Juridici in Academia  
Francofurtensi ad Oderam Præsidis ordinarii Consiliorum five  
Responsorum studio & operâ Joannis Brandis Hildesiensis J.C. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38415**

Nach deren Endigung Wir auffgestanden / wiederumb drey Reverengen geru-  
het / und drey mahl niedergekniet / und also Uns rückwärts in die Anti-Camera be-  
gen / Also Wir von den anwesenden Käyserl. Ministris, und denen Abgesandten die  
Gratulations Complimenta wegen Ihrer Hochfürstl. Gnaden empfangen.



Num. 45.

Ludolphi Schraderi J.C. Brunsvicensis Collegii Juridici in Aca-  
demiâ Francofurtensi ad Oderam Præsidis ordinarii Consi-  
liorum sive Responsorum studio & operâ Joannis Brandis  
Hildesienfis J.C. & coll. Sax. in Acad. Erfurt. Patroni  
post obitum Authoris in lucem editorum.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Continens Materiam coquendi Cerevisiam.

SUMMARIA.

1. Nobilibus an & quando cerevisiam coquere  
& aliis vendere liceat, & num. 7. usq. ad num. 18.  
ubi rejicitur Schwiff's opinio negativa, usque ad  
num. 23.
2. Nobiles mercimonium exercere non debent.
3. Nobilitas & mercatura sibi repugnant.
4. Nobilis mercaturam exercens nobilitatem  
perdit, juxta comm.
5. Coquere, vile & illiberale artificium cense-  
tur, & num. seq.
6. De utilitate pistorum.
8. Mercimonium non exercet, qui fructus sibi  
in agris propriis natos, aliis vendit.
9. Vel vinum oleumve ex olivis uvisq. expres-  
sum, & num. 16.
10. Sub simplicibus mixtum comprehenditur,  
& de hoc dispositum in alio obtinet.
11. Rem propriam alteri locans non negotia-  
tur.
12. Mercator sive negotiator proprie quis?
13. Nobiles opera ministrorum viles artes ex-  
ercere possunt.
14. Tabernarius quando inter viles personas  
numeretur.
15. Clerici per tertium, viles & sibi prohibi-  
tas artes exercere non viciantur.
17. Verbis legi cessantibus, & dispositio ejus ces-  
sabit.
19. Judex contra communem judicans, impe-  
ritus presumitur, & partii ad Interesse tenetur.  
Fallit num. 21.
20. Non tenenda opinio que lege non pro-  
batur.
22. Declaratur tex. l. Nobiles. C. de con-  
merc. & merc.
23. Destructo fundamento corrui & super-  
structum.
24. Consuetudine introduci posset, si aliter ju-  
re non liceret, ut Nobiles cerevisiam coquere &  
vendere possint.
25. Ut & mercaturam exercere.
26. Nobiles Veneti & Genuenses ex consue-  
tudine sine Nobilitatis iactura negotiantur.
27. Consuetudo ignobilem nobilem effici  
potest.
28. Ut Privilegium.
29. Mercatura quo jure Nobilibus prohibita.
30. Consuetudo per se illicitum licitum reddit.
31. Contra jus civile quid faciens, in mala  
fide esse presumitur.
32. Non ut ad prescriptionem: sic & ad con-  
suetudinem inducendam, bona fides requiritur.
33. Causam discontinuam habentis, quoti  
tempore prescribantur, & num. 46. ubi & quid  
de jure Saxon. & num. 47.
34. Quoto vero tempore consuetudo in hunc  
ducatur.
35. In prescriptione, qua quis contra jus com-  
mune prescribere vult, regulariter titulus requi-  
ritur.
- Declaratur num. 45.
36. Non tamen in consuetudine, que contra  
jus commune inducitur.
37. Spatio 10. annor. consuetudo inducitur.
38. De jure Saxon. 30. annor. annis ante  
dici.

H. VI  
28

39. Jus coquendi cerevisiam præscribi potest, & num. seq.

At quoto tempore num. 46.

40. Ut regulariter quodlibet jus.

41. Et ea, quæ per privilegium acquiri possunt.

42. Et Nobilitas.

43. Ex cursu longi temporis bona fides præsumitur, licet possidenti jus commune refragetur.

44. Præsumptio bonæ fidei non nisi alleganti patrociniatur.

47. Jurisdicctio cur absque titulo 30. annis præscribitur.

48. Et jus confirmandi Episcopum.

49. Jus collectandi cum titulo decem absq. titulo 30. annis.

50. Jus piscandi in flumine publico absq. titulo 30. annis.

51. Sicut & jus venandi & aucupandi.

52. Jus piscandi quo casu eam titulo 10. annis præscribitur?

53. Jus cædendi ligna in sylva aliena spacio 30. annor.

54. In præscriptione juris ut incolæ alicujus loci ad molendinum alicujus accedere cogantur, 30. anni sufficiunt juxta communem.

55. Merum & mixtum imperium habens, Statutum condere potest, ne subditi ab aliis quàm ipsis cerevisiam emant.

Confirmatur num. seqq. usq. ad num. 65. Ubi ad argumentum contrarium respondetur.

56. Valet Statutum, ne subditi forensibus res suas vendant, vel ab his quid emant, n. seq.

57. Emere & vendere correlata sunt, in quibus dispositum de uno, etiam in alio obtinet, & num. 63.

58. De ordinata charitate, & de Statuto ex illa facto.

59. Dispositum de rebus & in personis obtinet.

60. De libera dispositione rerum & personarum suarum.

61. Nobiles plerumq. melioris conditionis sunt quàm alii.

62. De dispositione judicandum secundum id, quod principaliter fit.

64. Valet Statutum secund. Dd. ne subditi alterius quàm statuentis molendina, pro molendo frumentum accedant.

66. Reo nihil obest, si onus probandi, quod in se recepit, non adimplevit.

67. Rescriptum res est inter alios acta, quæ aliis non nocet.

68. Rescriptum Principis rei judicæ vim non obtinet.

Sententia in causis summaris lata nulli præjudicat, nisi omnes de quorum præjudicio agitur, citati fuerint.

69. Per rescriptum vel mandatum Principis regulariter non interruptitur præscriptio.

70. Onus probandi Actori incumbit.

71. Possessio ab onere probandi relevat.

72. Et possessio jurium incorporalium indistinctè, quando huic nulla juris præsumptio refragatur.

**I**N Quæstione nobis proposita, plurima dubia discutienda sunt. Primò, Lutrur Nobilibus permittatur Cerevisiam ex hordeo & lupulo in ipsorum agris nato, coquere & subditis suis vendere. Secundò, præsupposito, sed tamen non concessio, Nobilibus secundum juris communis dispositionem Cerevisiam coquere, aliisque vendere interdictum esse: utrum consuetudine introduci possit, ut Nobilibus permittatur Cerevisiam coquere & aliis vendere. Tertio, utrum Nobiles jus coquendi & venden-

di Cerevisiam præscribere possint. Quarto, utrum Nobiles à B. subditis suis præcipere possint, ut ipsi non ab aliis, sed ab ipsis Nobilibus tantum Cerevisiam emant. Quintò, utrum conventio inita inter C. & L. à B. M. & C. B. noceat sive obsit. Sextò, utrum mandata Reverendissimi & Illustrissimi Archi-Episcopi Magdeburgensis quicquam obsint prædictis M. & C. à B. vel utrum per illa præscriptio sive consuetudo interrupta sit. Septimò, cui onus probandi incumbat,

Divini Numinis implorato Suffragio, sine quo nihil felix faustumque.

**Q**Uoad primæ quæstionis decisionem videtur prima fronte dicendum, q. Nobilibus secundum juris communis dispositionem, cerevisiam coquere, aliisque etiam subditis suis vendere minimè permissum esse.

Primò, q. quia textus expressè inquit, Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus, mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios, & negotiatotes facilius sit emendi vendend

dendique commercium, l. nobiles C. de commerc. & merc.

Secundò, hanc sententiam probat textus l. ne quis C. dignitatib. lib. 12. ubi textus inquit, ne quis ex ultimis negotiatoribus vel monetariis abjectisque officiis, vel deformib. ministris, stationariis omni que officiorum face, diversisque partibus, turpibus lucris aliqua frui dignitate pertinet, sed etiam si quis meruerit, repellatur.

Tertiò, per textum l. si cohortalis C. de cohortalib. lib. 12. ubi textus inquit, sed etiam cunctos, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, jubemus à provincialibus officiis removeri, ut omnis honor & militia à contagione hujusmodi segregetur.

Quartò, per textum in l. humilem, C. de incest. nupt. & l. 1. C. de naturalib. liber. in quibus locis dicitur, Eam personam, quæ mercimoniis publicè præfuit, humilem, vilem & abjectam esse.

3 Quintò, quia & nobilitas & mercatura sibi in vicem repugnant, nec sese simul patiuntur, argum. l. milites, C. de locat. & conduct. l. 1. C. negotiatores ne militent, lib. 12.

4 Sextò, quia Doctores nostri magis communiter tradunt, & mercaturam exercere Nobilibus, utque ad eò prohibitum esse, ut Nobiles mercaturam exercentes nobilitatem perdant, Ant. de But. Rubr. ext. ne Clerici vel Monachi, Joan. Fabr. l. falso C. de divers. rescript. Luc. de Penna l. final. col. 3. C. de fundis limitroph. lib. 11. Cæpol. in tract. de Imperatore militum deligendo in materia nobilitatis in 18. opinio. Guido Papæ decis. 196. incip. Nobiles, etiam si de nobilitate genere essent, & decis. 391. incip. quid autem de Nobilib. Matth. de Assiet. in constitut. Sicilie. incip. intentionis, col. 9. notab. 6. Matth. de Assiet. c. 1. col. 6. vers. quid de mercatoribus. tit. quis dicatur Dux. Tiraquell. in tract. de nobilitat. c. 33. Beneven. Strachi. in tract. de mercator. 2. part. n. 17. & 3. part. n. 14.

5 Septimò, hæc sententia confirmatur, quia & coquere inter vilia & illiberalia artificia recensetur, Aristot. lib. 1. Politicor. cap. 4. Cicero in Oratione pro Roscio Amerino. Jul. Firmicus lib. Astronomico. 3. cap. 9. in septimo loco. Sicut & ex legibus civilibus colligitur, coquorum artem servilem fuisse, l. legatis servis. §. si unus & l. servus urbanus. §. servus ff. de legat. 3. & antiquis vilissimum mancipium ceu-

lebatur, teste Livio lib. 9. belli Macedonici. Quare, cum Nobilibus minime conveniat, vilia & illiberalia artificia exercere, videtur dicendum, Nobiles non decere cerevisiam coquere aliisque vendere.

Octavò, cum & panem coquere atque pistorem esse, servile munus l. quæ situm est. §. Trebatius ff. de fun. instruct. & vile ac sordidum artificium sit, maximarum. C. de excusat. muner. lib. 10. & l. 1. C. de perfectissim. dignit. lib. 12. eamque ob causam pistores arcebantur & à perfectissimis dignitatibus, l. 1. C. de perfectissim. dignitat. lib. 12. & à reliquis omnibus dignitatibus, l. 1. C. de pistoris lib. 11. Videtur dicendum, Nobilibus, qui absque omni dubio in dignitate constituti sunt, minime convenire panem coquere, & per consequens, cum inter panem coquere & cerevisiam coquere, nulla diversitatis ratio assignari possit, videtur simili modo dicendum, Nobiles minime decere cerevisiam coquere, Namque in illis casibus, inter quos diversitatis ratio assignari nequit, idem jus servandum est, l. illud. in princ. ad jus Aquil. l. à Titio. in princ. ff. de verb. obligat.

Nono, quòd cerevisiam coquere aliisque vendere Nobilibus interdictum sit, expressè atque in specie tradit Hieron. Schurff. cons. 32. num. 3. lib. 1.

Et licet hæc & similia, quæ pro hac sententia adduci possent, prima fronte urgere videantur, ego tamen his & similibus, quæ pro hac sententia adduci possent, non obstantibus, verissimum judico, Nobilibus secundum juris communis dispositionem minime prohibeum esse cerevisiam præsertim ex lupulo & hordeo in agris ipsorum nato coquere, aliisque maximè subditis vendere, quam sententiam primo confirmat id, quod Dd. nostri communiter tradunt & ei omni mercimoniis sive negotiationes interdictæ sunt, indistinctè permitti vinum, oleum & frumentum, lupulum reliquosque fructus sibi in agris propriis natos aliis vendere, Abb. cons. 6. num. 2. lib. 7. Dec. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 57. ext. de constitut. Dec. cons. 472. num. 27. Beneven. Strachi. in tract. de mercatoribus 1. part. n. 48. Fran. de Platea in tract. de excommunicat. §. 38. nu. 5. Pet. de Ancho. c. quamquam, num. 5. de censibus. lib. 6. Stephan. Bertran. cons. 214. nu. 14. lib. 1.

H. VI  
28

lib. 2. part. 2. Alciat. l. mercis appellatione nu. 4. ff. de verb. signific. & in specie, quod Nobilibus permittatur, vinum, oleum, frumentum reliquosq; fructus in agris propriis natos alii vendere, tradit *Simon. Cravat. in conf. 163. num. 3. lib. 1.*

9 Et annotandum est, quod Dd. concludant, ꝛ Nobilibus aliisque quibus negotiatio interdicta est, permitti, non tantum olivas, item & uvas in agris suis propriis natas vendere, sed etiam ex olivis oleum & ex uvis vinum exprimere aliisque vendere, quare, cum per hoc, quod quis ex olivis, oleum, & ex uvis vinum facit, species & olivatum & uvarum mutetur, atque nova species vini nempè & olei efficiatur, §. cum ex alien. Inst. de rer. divis. l. adeo, §. cum quis, ex alien. ff. de acquir. rer. dom. sequitur, Nobilibus permissam esse, fructus in agris suis natos, non tantum in ista forma vendere, in qua forma nati sunt, sed etiam ex iis aliam speciem efficere eamque vendere, & per consequens, ipsis etiam permitti ex hordeo atque lupulo in agris suis nato cerevisiam coquere eamque vendere.

Nec obstat huic nostræ verissimæ decisioni id, quod forsan dici posset, rationem diversitatis militare inter vinum oleum quod tam vinum quam oleum ex una tantum materia, nempè hoc ex olivis, illud verò ex uvis exprimitur, & inter cerevisiam, quæ non ex una materia, sed ex materia mixta nempè ex hordeo & lupulo simul conficitur. Namque respondeo, ꝛ quod cum sub simplicibus mixtum comprehendatur, atque dispositum de simplicibus etiam in mixta locum habeat. gl. Bar. Alex. Jaf. & Dd. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. gl. Ang. Jaf. & Dd. §. omnium. Inst. de actor. arg. l. si ita scriptum, & ibi, Jaf. ff. de liber. & posthum. l. si ita §. 1. & l. Clemens, in pr. ff. de hered. instituend. sicut Nobilibus aliisque personis, quibus negotiatio interdicta est, permittitur ex una specie uvæ nempè vel olivæ sibi nata aliam novam speciem vinum nempè vel oleum facere eamque vendere, ita quoq; Nobilibus aliisque personis permitti ex pluribus speciebus sibi natis nempè ex hordeo & lupulo unam speciem cerevisiæ nempè facere eamque vendere.

11 Secundo, pro hac sententiâ ꝛ confirmandâ facio, quod is qui fundum sive

aliam rem suam propriam alteri locat, vel vendit, negotiari non dicatur, quodque is cui negotiatio prohibita est, permissum sit fundum suum aliamque rem suam alteri vendere & ex re sua fructum percipere, Bar. l. legatis, in pr. ff. de leg. 3. Alex. l. divortio in pr. num. 26. ff. sol. matrim. Bertrachin. in tract. de Gabel. in 7 par. num. 48. Sym. Crav. conf. 6. num. 111. & 115. Benev. Strachia in tract. de mercatorib. 1. par. u. 48. Igitur sequitur, quod simili modo is qui ex lupulo & hordeo in agro suo nato cerevisiam coquit eamque vendit, negotiari non dicatur, quodq; Nobilibus aliisque personis, quibus negotiatio prohibita est, ex hordeo atque lupulo suo cerevisiam coquere aliisque vendere minimè interdictum sit.

12 Tertiò, ꝛ mercator sive negotiator proprie is dicitur, qui rem comparat, ut eam integram & immutatam vendendo lucretur: is verò qui rem comparat, non ut integram ita & immutatam vendat, sed ut inde aliam speciem faciat eamque vendat, mercator sive negotiator proprie hic dicitur, ideoque ei cui negotiatio vel mercatura prohibita est, minimè interdictum est merces emere, ex iis aliam speciem efficere eamque vendere, Frid. de Sen. conf. 207. incip. Nos. Abb. conf. 6. num. 2. lib. 1. Card. Clem. fin. de vita & honest. Clerico. Alex. & Jaf. l. cætera. §. sed etsi quis ff. de leg. 1. Alex. in add. ad Bart. l. legatis in pr. ff. de leg. 3. Alciat. l. mercis appellatione. ff. de verb. oblig. Benev. Strachia in tract. de mercatorib. 1. par. num. 23. & de hac re est text. express. in c. ejiciens distinct. 88. Natt. conf. 139. num. 2. Igitur sequitur, licet Nobilibus prohibita sint mercimonia & negotiationes, ipsis tamen non esse prohibitum merces emere & ex eâ aliam speciem facere, eamque vendere, & multò magis Nobilibus licere ex hordeo & lupulo in agro proprio nato cerevisiam coquere aliisque vendere.

13 Quarto, ꝛ Nobilibus opera servorum sive ministrorum & artes etiam viles & sordidas exercere prohibitum non est, Tiraquel. in tracta. de nobilita. capite 17. num. 7. quod ex eo comprobatur, quod ꝛ tabernarius ita demum inter viles personas numeratur, si ipse per se hanc artem exerceat, non autem si ipse per alios hoc faciat, Alberic. de Rosat. l. humilem. C. de incest. nupt. Alciat. in

tract. presumption. reg. 1. presumption. 48. num. 10. & in lib. 2. de verb. significat. Clem. 3. vers. sic cum verba. n. c. l. mercis. ff. de verb. significat. quodque ꝑ Clericis, quibus cerevisiam macelliariorum tabernariorum reliquasque viles artes exercere prohibetur, easdem artes per interpositas personas exercere permissum sit. gl. Clement. 1. vers. publicè, & personali- ter, arg. illius text. & ibi Pet. de Anchora. Cardinal. & Innocen. de vita & honesta. Clericor. Archidiacon. & Domin. c. nulli distinct. 44. Domin. c. 1. col. 2. de vita & honesta. Clerico lib. 6. Philip. Fran. & Dec. c. significante. extr. de appellat. facit. text. Clem. ultima. de vita & honesta Cler. lib. 6. Clem. ne in agro. §. porro ver. personalem de statu Monach.

Ex quo sequitur, etiam posito, quod cerevisiam coquere vile & sordidum artificium sit, Nobilibus tamen opera fervorum & ministrorum suorum cerevisiam coquere permissum esse. Et sic per prædictas rationes concludo, Nobilibus Dominis B. qui in casu proposito à municipio C. conventi sunt, sicut & omnibus aliis Nobilibus secundum juris communis dispositionem permissum esse, opera fervorum atque ministrorum cerevisiam præsertim ex hordeo & lupulo in agris ipsorum propriis nato, coquere & aliis maxime subditis vendere.

16 Nec obstant ꝑ huic nostræ verissimæ decisioni ea, quæ pro parte contraria adducta sunt. Namque ad sex prima argumenta in contrarium adducta respondeo, licet Nobilibus aliisque hominibus in dignitate constitutis mercaturam, negotiationes sive mercimonia exercere prohibetur sit, cum tamen secundum communem atque receptam Dd. sententiam is, qui fructus ex agris suis perceptos, vel prout ex agris suis eos percepti, vendit, vel illos in aliam formam sive speciem mutat, atque ita distrahit, mercaturam, negotiationes sive mercimonia exercere non dicatur, Constitutiones prohibentes Nobilibus mercaturam negotiationes sive mercimonia exercere, ad illos minimè extendi debeat, qui fructus ex agris sive possessionibus suis perceptos vel vendunt, vel in aliam speciem mutant, & ita distrahunt. Idemim ꝑ quod lex vel

17 constitutio non dicit, nec nos dicere debemus, Bal. conf. 99. col. 1. lib. 4. arg. l. si servum. §. non dixit. ff. de acquir. heredi-

ta, facit text. l. illam & ibi Jaf. & Dec. C. de collatio.

Et ubi deficient verba legis vel constitutionis, nec ipsa lex vel constitutio locum habet, l. ita autem in pira. & ibi Bart. ff. de administrat. tuto. l. 4. §. strit. & ibi Bart. & Alex. ff. de dom. infecto. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. cau. in possessio. ce- tur. l. omnibus. §. vos accusare ff. de accusatio. l. fin. C. de præd. decurion. lib. 10. c. inveni- titibus §. pen. de electio. lib. 6. nec unquam dispositio legis vel constitutio- nis ultra verba illius extendenda est, l. quod constitutum, & ibi Bart. ff. de testam. milita. Tiraquel. repetit. l. si unquam verb. li- bertis. num. 4. C. de revocan. donat. seu & præclarè Bal. nosser conf. 447. col. 3. lib. 5. inquit. Non debere nos interpretari constitutionem id disponere, quod non loquitur. Quinimò verisimile est, Legum latorem noluisse constitutionem vel legem extendi ad id, quod in lege vel constitutione aliqua verbis expressum non est, arg. l. 1. §. ubi autem. C. de cadu. tollen. e. inter corporalia & tr. de translat. Prælat. c. ad audientiam ext. de decim.

Ad septimum & octavum argumen- tum contrarium respondeo, licet co- quere tam panem quam cerevisiam vile & sordidum artificium sit, cum tamen Nobilibus permissum sit, operâ fervorum sive ministrorum etiam vilia & sordida artificia exercere, sicut supra docuimus, Nobilibus omni jure licere prædictas artes, operâ & ministrio aliorum fervorum nempe exer- cere, & per consequens, etiam reus conventis licitum esse operâ atque ministrio aliorum, fervorum nempe si- ve famulorum cerevisiam coquere.

Ad nonum argumentum contra- rium respondeo, sententiam Hieron. Schurff. communiter reprobatam, nam- que Dd. nostri communiter concludunt, & Nobilibus & omnibus aliis, quibus negotiationi interdictus est, permissi fructus ex agris, prædiis sive possessionibus suis perceptos non tantum prout percepti sunt, distrahere, sed illos etiam in aliam speciem aliamque formam transmutare & vendere. Ideoq. opinio Hieron. Schurff. hoc casu ne- que in judicando neque in consulendo sequenda erit. Semper enim & in consulendo & in judicando illæ opiniones & amplectendæ & sequendæ sunt, quæ

H. VI  
28

communiter approbata & recepta sunt, Bal. 1. §. iudices, de pac. juram. firma. Bal. l. 1. arg. ill. text. ff. de Senatorib. Abb. Fel. & Dec. c. 1. extr. de constitur. Abb. 3. novimus, extr. de verb. significat. Alex. conf. 5. lib. 5. fa. text. de iudicis. 3. q. 3. l. 1. ff. de off. quæst. l. Athletas in prin. ff. de his qui notant. infam. l. fin. C. de fidecom. c. prudentiam in pr. ext. de off. delegati. quod usq; adeo verum est, 19 ¶ ut iudex qui contra communem opinionem iudicat, etiam imperitus præsumatur. Alex. conf. 95. num. 6. lib. 2. & faciat litem suam, atque parti læsæ ad id, quod interest, condemnatur, Bar. l. fin. C. pæna, iud. qui mali iudicant. angel. l. terminato C. de fructib. & lit. expens. Abb. d. e. prudentiam, in prin. Abb. c. 1. extr. de sent. & re iudic. Abb. c. 1. extr. de decim. vet. de Anchor. Clem. Ne Romani, de election. Ant. de But. c. ex literis el. 1. extr. de Sponsalib. Fel. c. 1. num. 54. extr. de constit. Jaf. l. cum prolatis ff. de re iudic.

20 Deinde ¶ opinio Hieronymi Schurff. nulla lege probatur, & certum est, illas opiniones minimè sequendas esse, quæ lege non probantur, l. dissentientia. C. de repud. l. illam & ibi Jaf. Dec. & Dd. C. de collation. §. consideremus auth. de trien. & semisse. c. illa ext. ne sede vacante. c. is qui, de senten. excommunicat. lib. 6. quod usque adeo verum est, ut nec glossæ nec Doctori, quantumvis magna authoritatis, fides adhiberi debeat, si ipsius sententia lege non probatur Archidia. c. nolite 11. q. 3. Bald. l. respublica. C. ex quib. cau. majo. imò id, quod lege non cavetur, in practica non habetur, Bald. c. nihil ext. de election. & etiam contra com-

21 munem opinionem ¶ iudicare licet, quæ lege non probatur, Ant. de But. c. tuanos. col. 2. ext. de usur. And. Barb. conf. 10. lib. 2.

22 Nec quicquam ¶ nobis obstat text. l. nobilitates, C. de sommers. & mercatorib. quem text. Hieron. Schurff. pro sua sententiâ citat. Namque ille textus secundum communem receptam & verissimam sententiam non procedit, quando Nobiles fructus in fundis suis propriis natos vel vendere, vel in aliam speciem mutare & ita distrahere volunt: ideoque cum ille textus non probet opinionem Hieron. Schurff. sequitur, & opinionem Hieron. Schurff. quæ tantum super illo textu fundatur, corruere.

23 Namque ¶ destructo fundamento, destruitur etiam omne illud, quod su-

per isto fundamento extructum est, cum Paulus 1. q. 1. l. egi in prin. ff. de except. rei iudic. Præterea opinio Hieron. Schurff. multis fortissimis rationibus convincitur, ut ex prædictis patet: & certum est, illas opiniones quæ probabilibus rationibus convinci possunt, neq; in iudicando, neque in consulendo sequendas esse, Joan. And. Abb. Fel. & Dec. c. 1. extr. de constit. Bal. c. 1. §. iudices de pac. juram. firm. Abb. d. e. prudentiam in pr. Abb. c. Capellanus arg. ill. text. ext. de feriis, Abb. c. 3. ext. de cens. Abb. c. ex literis el. 1. ext. de Sponsal. Abb. c. tua nos extr. de usuris. Abb. conf. 1. lib. 1. Alex. & Jaf. l. cum prolatis ff. de re iudic. Jaf. Auth. novissimum 22. C. de inofficio. test. Dec. conf. 359. num. 1. & conf. 481. num. 12. fa. text. l. Emilius ff. de minorib. l. 1. §. sed neq; C. de vet. jur. enucl. Et sic per prædictas rationes concludo, quod non obstantibus illis, quæ pro contraria sententia adducta sunt, Nobilibus à B. secundum juris communis dispositionem permitti, cerevisiam præsertim ex frumento & lupulo in agris ipsorum propriis nato, coquere, aliisque maximè verò subditis vendere.

Ad secundum dubium respondeo, absque omni ¶ dubio consuetudine in-<sup>24</sup> troduci posse, ut Nobilibus cerevisiam coquere aliisque vendere liceat, etiamposito, sed tamen non concessio, Nobilibus secundum juris comunis dispositionem hoc prohibitum esse. Quam sententiam confirmat primò ¶ id, quod Dd.<sup>25</sup> nostri generaliter tradunt, licet mercatura & negotiatio Nobilibus prohibita sit, consuetudine tamen introduci posse, ut Nobilibus mercaturam & negotiationem exercere permittatur, Cap. in tract. de impera. milit. elig. in materia nobilitatis. 18. opinione, Tirag. in tract. nobilit. quest. 33. n. 21. Hinc & Poggius Florentinus in lib. suo quem de Nobilitate inscripsit, tradit, apud ¶ Venetos & Ge-<sup>26</sup> nuenses Nobiles consuetudine permittente licitè citra vituperium & Nobilitatis detrimentum mercaturam exercere. Igitur sequitur, etiamposito, sed tamen non concessio, quod coquere cerevisiam & eodam vendere, species mercaturæ sit, consuetudine tamen introduci posse, ut Nobilibus cerevisiam coquere aliisque vendere permittatur. Secundò, hanc sententiam confirmat, quod ¶ consuetudo illum qui<sup>27</sup> alio-

alioquin ignobilis est nobilem efficere. possit, quodis nobilis reputetur, quem consuetudo loci nobilem reputat, Bar. l. 1. col. 7. col. 9. & col. pen. & ibi Joan. de Plate. col. 2. C. de dignit. lib. 12. Bal. conf. 387. col. 2. lib. 1. Cæpol. in tract. de impera. milit. diligen. in materia nobilitatis num. 11. opinio- ne Joan. Roma in tract. de nobilita. 4. quest. princ. & ult. quest. princ. imm. c. de multa extr. de præbend. Jacob. de Zochis c. per vene- rabilem vers. videbatur in 3. quest. & ibi Card. Alex. s. ult. charta antepen. vers. quæro ergo principaliter extr. qui filii sint legitimi. Socin. conf. 246. col. 1. lib. 2. Dec. c. novit. 6. nota- bili extr. de judic. Dec. l. fœmine. n. 74. ff. de reg. ju. M. de Afflict. in constit. Sicilie incip. intentionis nostræ in 6. notab. Matt. de Afflict. 6. 1. num. 40. quis dicatur Dux. Carol. Ruin. conf. 66. num. 23. lib. 3. Roebus Curt. in re- petit. c. fin. char. s. vers. septima infertur extr. de consuetud. Franc. Rip. lib. 2. responsorum. cap. 26. col. 2. Aleiatus l. mercis. ff. de verb. significat.

Quare, cum consuetudo eum, qui alioquin ignobilis est, nobilem facere possit, sequitur, quod multò magis consuetudo Nobilibus id permittere possit, quod ipsis alioquin prohibitum est, & per consequens consuetudinem Nobilibus permittere posse & cerevisiam coquere & aliis vendere, etiam posito, sed tamen non concessio, Nobilibus secundum juris communis dispositionem hoc interdicitur sive prohibitum esse.

28 Tertio, si consuetudo idem potest quod potest privilegium Oldrad. conf. 172. Lop. & Card. Clem. 2. de religiof. dom. Abb. c. accedentes in princ. not. & ibi Fel. num. 6. extr. de præscript. arg. c. duo simul. extr. de offic. ordin. c. cum contingat. extr. de for. compet. Quare cum per privilegium Nobilibus absque dubio id permitti possit, quod ipsis alioquin prohibitum est, cum privilegium etiam eum, qui penitus ignobilis est, nobilem efficere possit, M. de Afflict. c. 1. num. 41. quis dicatur Dux. Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 6. sequitur, etiam consuetudinem Nobilibus id permittere posse, quod ipsis alioquin prohibitum est, & per consequens valere consuetudinem, quæ permittit Nobilibus cerevisiam coquere aliisque vendere, etiam posito, sed tamen non concessio, hoc nobilibus secundum juris communis dispositionem prohibitum esse.

29 Quarto, si cum non jure naturali

neque gentium, sed jure civili tantum Nobilibus mercaturam atque negotiationem exercere prohibitum sit, arg. d. l. nobiliores. C. de commer. & mercat. atque consuetudo permittens id, quod jure civili tantum prohibitum est, indistin- ctè rata sit, l. de quibus & ibi Dd. ff. de legi- bus. s. ex non scripto. Instit. de jure natur. gent. & civili. sequitur, & consuetudinem permittentem Nobilibus mercaturam & negotiationem exercere ratam esse, & per consequens, valere consuetudi- nem, quæ Nobilibus permittit cerevisiam coquere aliisque vendere, etiam, posito sed tamen non concessio, legem prohibentem generaliter Nobilibus negotiationem sive mercaturam exercere, intelligi, Nobilibus etiam prohibuisse cerevisiam coquere aliisque vendere.

Quinto, si id quod per se illicitum est, consuetudo licitum reddit, Bar. l. si pignore. s. fin. arg. ill. text. ff. de pignor. act. idem Bar. l. quis sit fugitivus. s. apud Lebonem. arg. ill. text. ff. de edil. edict. Ludov. Rom. l. ceta conditio. s. si minimi & ibi Jof. ff. si cert. Jof. l. 1. in pr. n. 1. ff. quod quisque jur. Jof. l. certi juris not. 4. C. de judic. Tiraq. in tract. de pæn. cau. 42. num. 10 facit. text. c. illa distinct. 12. c. quisquis distinct. 41. c. obijciuntur. 32. q. 4. c. denique & ibi gl. dist. 4. l. pignus, & ibi gl. ff. & C. de pignor. act. gl. c. cum venerabilis, & ibi Abb. extr. de consuet. Rom. sœgul. 19. Bal. l. 2. quest. 3. c. de his que sœc. nomine Alex. conf. 39. lib. 3. conf. 8. n. 8. & conf. 240. n. 8. lib. 6. Hippol. de Marfil. l. 1. ff. ad l. corn. de sicut. Jof. l. de quibus num. 7. ff. de legib. Jof. l. singularis col. antepen. ff. si cert. pet. Jof. l. ait prætor. s. jurati. num. 13. & l. qui jurasse. in pr. ff. de jure jur. Jof. l. 1. lect. 1. nu. 62. C. de summa Trinit. & sicut Cathol. Dyn. c. nam concupiscentiam extr. de constit. Dec. conf. 170. col. 3. Aymon. craves. conf. 6. num. 103.

Igitur sequitur, etiam extra tamen præjudicium veritatis posito, secundum juris communis dispositionem Nobilibus cerevisiam coquere aliisque vendere prohibitum esse: consuetudinem tamen, quæ Nobilibus permittit, cerevisiam coquere aliisque vendere, valere. Nec obstat, Nobilibus Dominis à B. quod forsan allegari possit, tam ipsos quam alios Nobiles habitantes in Amb. l. fuisse in mala fide, eo ipso, quod ipsi contra juris communis dispositionem cerevisiam coxerunt aliisque vendide- runt.

H. VI  
28

Omnia



31 Omnis enim is, qui contra juris communis dispositionem quid facit vel præsumit, in mala fide esse dicitur, l. quemadmodum, & ibi gl. C. de ag. & cens. lib. 11. c. qui contra jura, & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.

32 Namque respondeo, ꝑ licet ad inducendam præscriptionem bona fides requiratur, c. fin. & ibi Dd. ext. de præscript. in consuetudine tamen inducenda bonam fidem non requiri, sed consuetudinem etiam ab illis, qui in mala fide sunt, induci posse, Ang. l. de quibus, & ibi Jaf. num. 43. & 44. ff. de legibus Calderin. conf. ult. tit. de consuet. Abb. c. cum Ecclesia Sutrina num. 45. ext. de cau. possess. & proprietat. Abb. c. super quibusdam num. 9. ext. de verb. signific. Alex. conf. 6. lib. 1. conf. 124. lib. 4. Regid. Belleme. conf. 7. col. pen. conf. 31. in fin. & conf. 41. col. pen. Dec. conf. 134. Dec. Rub. num. 2. ext. de consuetud. Francis. Bald. in tract. de præscription. 1. par. quest. 10. nu. 7. Aymon. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. 1. num. 16.

33 Similiter non obstat huic nostræ sententiæ, ꝑ quod jus coquendi cerevisiam, sit jus, habens causam discontinuam quodque ea, quæ causam discontinuam habent, non præscribuntur, nisi spatio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Namque respondeo, licet in præscribendis iuribus causam discontinuam habentibus, requiratur spacium illius temporis, cujus in contrarium memoria

34 non extat, consuetudinem ꝑ tamen etiam in his quæ causam discontinuam habent, indistinctè induci, spacio longi temporis, Bart. repetit. l. de quibus num. 14. & ibi Jaf. num. 42. ff. de legib. Bart. l. 2. nu. 16. C. quæ sit longa consuetudo. Joan. Fabr. §. ex non scripto nu. 9. & ibi Ang. num. 10. Inst. de jur. natur. gent. & civili. Corn. conf. 155. & conf. 278. lib. 4. Aym. Crav. in tract. de antiquit. temp. 4. par. §. 1. num. 9. quamvis in hoc contrarium sed male teneat, Alex. conf. 173. lib. 6. Dec. conf. 483. num. 26.

Eodem modo non refragatur nostræ sententiæ, quod forsitan dici posset, Nobilibus volentibus cerevisiam coquere, resistere juris communis dispositionem, quæ prohibet Nobilibus cerevisiam coquere aliisque vendere, quodq; cum præscriptio, cui juris communis dispositio refragetur, non procedat absque titulo, atque Nobiles à B. siye præ-

scriptionis titulum forsitan docerè nequeant, ipsi Nobiles à B. se nulla præscriptione vel consuetudine tueri vel juvare possint.

Namque respondeo ꝑ licet in præscriptione, qua quis aliquid contra juris communis dispositionem præscribere vult, regulariter titulus requiratur, c. 1. de præscr. lib. 6. ꝑ in consuetudine tamen, quæ contra jus commune inducitur, indistinctè titulum non requiri, Joan. And. c. fin. ext. de consuetudine. Oldr. conf. 284. Fel. c. diligenti num. 6. ext. de præscript. Franc. Bald. in tract. de præscript. 1. par. quest. 10. num. 5. Et licet per prædicta concludo, Nobilibus à B. indistinctè permitti cerevisiam coquere aliisque vendere, si ipsi docere possint in illo territorio, Diocesi siye præfectura, in qua ipsi habitant, usitatum atque consuetudine receptum esse, quod Nobiles cerevisiam coquant, aliisque vendant, etiam si ipsi & titulo & bona fide careant.

Porro ꝑ hæc consuetudo, licet illa juris communis dispositioni refragetur, indistinctè spacio decem annorum inducitur. Namque spacio decem annorum indistinctè qualibet consuetudo inducitur, licet illa consuetudo sit contra jus commune, Ant. de But. c. fin. & ibi Abb. num. 11. ext. de consuet. Joan. Fabr. §. ex non scripto, num. 9. & ibi Ang. num. 11. Inst. de jur. natur. gent. & civili. Corn. conf. 125. lib. 4. Iaf. l. de quibus num. 43. ff. de legib. Curt. jun. conf. 42. col. pen. Card. Paris. conf. 25. n. 61. lib. 1. Hieron. Seburff. conf. 47. lib. 3. Aym. Crav. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. 1. num. 7.

Secundum consuetudinem generalem juris Saxonici receptum ꝑ consuetudinem non induci, nisi lapsu triginta annorum anni & dierum. Itaque si isto loco in quo Nobiles à B. habitant, jus Saxonicum servaretur Nobiles à B. cogerentur probare, Nobiles in isto territorio Diocesi siye præfectura ultra triginta annos annum & diem cerevisiam coxisse aliisque vendidisse; sin autem in isto loco jus civile servaretur, sufficeret, si Nobiles à B. fidem facerent, in isto territorio siye præfectura Nobiles ultra decennium cerevisiam coxisse aliisque vendidisse. Ad tertium dubium respondeo, posito, sed tamen non concessio, ꝑ Nobilibus jure communi prohibitum esse cerevisiam coquere, aliisque vendere, Nobiles tamen hoc jus

Cc

præ-

præscribere posse, ut ipsis cerevisiam coquere aliisque vendere permittatur.

Namque certum, regulariter quodlibet † jus præscribi posse, *l. sicut. ff. l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annor.* etiamsi hoc jus tale sit, quod præscribens secundum juris communis dispositionem habere, vel quasi possidere nequit, *c. 1. de præscript. lib. 6.* à quâ regulâ cum non reperiatur jus coquendi & vendendi cerevisiam exoptum, sequitur, & jus coquendi cerevisiam præscribi posse, regulæ enim juris semper inhærendum & secundum eam & judicandum & pronuncian- dum est, nisi de exceptione doceatur, *l. ab ea parte. ff. de probation. l. sicut quod §. puto. ff. de hered. instituen. §. l. ex quacumq; num. 33. ff. si quis in jus vocat. non ierit. Dec. l. 1. ff. de reg. jur.*

41 Deinde quoque † legibus cautum reperimus, omnia illa præscribi posse, quæ per privilegium acquiri possunt, *Abb. & Fel. c. accedentes extr. de præscript. Franc. Bald. in tract. de præscript. 5. par. pr. quest. 1. cum simil. ib. alleg.*

Quare cum Nobilibus absque omni dubio tale privilegium concedi possit, ut ipsi cerevisiam coquere aliisque vendere possint, sequitur Nobiles etiam hoc jus præscribere posse, ut ipsis cerevisiam coquere aliisque vendere liceat.

42 Præterea, † cum ipsa Nobilitas per præscriptionem acquiri possit, sicut hoc tradit *Tiraq. in tract. de nobilit. in 14. quest.* certè multò magis is, qui jam Nobilis est, hoc præscribere potest, ut ipsi hoc permittatur, id quod Nobilibus alioquin interdictum est, & per consequens Nobiles jus coquendi & vendendi cerevisiam præscribere posse, etiamsi ipsis cerevisiam & vendere & coquere, secundum juris communis dispositionem prohibitum sit. Nec obstat huic nostræ decisioni, quod nulla præscriptio currat cum mala fide, *c. fin. ext. de præscript.* quodque cum is, qui quid contra jus facit vel possidet, in malâ fide præsumatur, *l. quemadmod. C. de agric. & cens. lib. 11.* Nobiles jus coquendi & vendendi cerevisiam,posito, illud jure communi ipsis prohibitum esse, præscribere nequeant.

43 Namque respondeo † ex quasi possessione sive cursu longi temporis bonam fidem præsumi, etiamsi possidenti jus commune refragetur, *Innoc. c. 2. extr. de integ. restitut. Abb. c. consultationibus,*

*num. 8. ext. de ju. Patro. Abb. conf. 89. col. 3. lib. 1. Alex. conf. 15 1. lib. 2. conf. 16. fol. 8. lib. 5. conf. 78. col. fin. lib. 6. Aret. conf. 63. col. pen.* Cum itaque Nobiles à B. non tantum longo sed etiam longissimo tempore fuerint in quasi possessione juris & coquendi & vendendi cerevisiam, sequitur ipsis præscriptionem malæ fidei non obesse, sed hanc præsumptionem alia & fortiori præsumptione bonæ fidei ex cursu sive quasi possessione non modò longi, verum etiam longissimi temporis non obstante præallegatâ præsumptione malæ fidei hoc jus tam coquendi quàm vendendi cerevisiam præscripsisse. Consulo tamen Nobilibus à B. ut ipsi hanc præsumptionem bonæ fidei allegant.

Namque † præsumptio bonæ fidei nunquam patrocinator, nisi ei, qui hanc præsumptionem allegat, *Bald. & hog. l. super longi. C. de præscript. long. temp. §. l. cum quid num. 17. ff. si cert. petat.*

Deinde † non obstat huic nostræ decisioni quod forsitan dici possit, Nobilibus volentibus cerevisiam coquere, aliisque vendere, juris communis dispositionem refragari, quodque cum semper in præscriptione requiratur titulus eo casu, quando possidenti jus commune resistit, *c. 1. de præscription. lib. 6.* Nobiles non aliter jus coquendi & vendendi cerevisiam præscribere possint, nisi ipsi hujus præscriptionis titulum probent, & per consequens Nobiles à B. cum ipsi hujus juris titulum docere nequeant, hoc jus minimè præscripsisse.

Namque respondeo, licet eo casu, quando possidenti jus commune resistit in præscriptione, requiratur titulus, hoc tamen procedere tantum eo casu, quando possidenti jus commune & in genere & in specie, de quâ agitur, resistit, secus autem esse, quando jus commune non resistit expressè possidenti in eâ specie, de quâ agitur, licet possidenti in genere resistat; tunc enim præscriptio indistinctè absque titulo procedit, *Bald. l. 1. num. 18. C. de servit. & aqua. Pet. de Anchar. c. sine possessione de regul. jur. lib. 6. Fel. si diligenti. num. 8. extr. de præscript.*

Quare cum in nostro casu non expressè reperiatur Nobilibus in specie prohibitum cerevisiam coquere aliisque vendere, & sic, jus commune in specie non refragetur Nobilibus coquentibus & ven-

H. VI  
28

& vendentibus cerevisiam, sequitur, Nobilibus absque omni dubio etiam contra titulum præscribere jus coquendi & vendendi cerevisiam. Deinde certum est, 40. annorum præscriptione etiam absque titulo præscribi illud jus quod præscribentem possidere jus commune prohibet, *hur. de But. c. pervenit. extr. de consub.*

Quare cum Nobiles à B. eorumque majores ultra quinquaginta annos fuerunt in quasi possessione coquendi & vendendi cerevisiam, sequitur, ipsos absque omni dubio præscripsisse hoc jus, etiam ipsi hujus juris titulum probare non possent: Item etiam ipsi jus commune refragetur. Porro, hoc jus coquendi & vendendi cerevisiam secundum juris Saxonici dispositionem præscribi spatio 30. annorum unius anni & dierum.

46 Namque ꝛ secundum consuetudinem generalem in terris Saxonis receptam etiam jura discontinua, sive causam discontinuam habentia, indistinctè præscribuntur spatio 30. annorum unius anni & dierum. Secundum verò juris communis dispositionem Nobiles habentes titulum juris coquendi & vendendi cerevisiam, hoc jus præscribunt spatio longi temporis, decem nempe annorum inter præsentès, & viginti inter absentes.

Namque etiam jura discontinua sive causam discontinuam habentia ab eo, qui horum jurium titulum verum habet, præscribuntur spatio longi temporis, *Paul. de Cast. l. servitutes ff. de servit. Cap. in tract. de servit. urban. prædior. cap. 19. nu. 9. Franc. Bald. in tract. de præscripte. 2. par. 4. par. principal. questio. 1. num. 4.* Sin autem illi Nobiles qui hoc jus coquendi & vendendi cerevisiam præscribere nolunt, hujus juris nullum titulum habeant, licet prima fronte dici posset, illos hoc jus non præscribere, nisi spatio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, eam ob causam, quia hoc jus coquendi & vendendi causam discontinuam habet. Et clari juris est, ea, quæ causam discontinuam habent, non præscribi nisi spatio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *glos. & Dd. l. servitutes. ff. de servit. glos. & Dd. l. 2. C. eod. tit.* Ego tamen hac ratione non obstante, verum esse judico, jus & vendendi & coquendi cerevisiam

præscribi spatio 30. annorum secundum juris communis dispositionem etiam ab eo, qui hujus juris titulum non habet.

Namque hoc jus coquendi & vendendi cerevisiam, potius personæ quàm prædii utilitatem respicit. Et certum est, ea jura, quæ potius personæ quàm prædii utilitatem respiciunt, indistinctè spatio 30. annorum præscribi, etiam si præscribens titulo careat.

Quæ sententia probatur. Primò *cr. 47* eo, ꝛ quod Dd. communiter tradunt, jurisdictionem, quæ per se causam discontinuam habet, cum illa potius personæ quàm prædii utilitatem respiciat, etiam absque titulo præscribi spatio 30. annorum, *Cynus l. 2. q. 6. C. de servit. Bart. l. justo. §. non mutat ff. de usucapion. Aret. conf. 153. incip. consultatio. col. fin. vers. 2. permittendum. Corn. conf. 268. num. 23. lib. 4. Cæpol. in tract. de servit. urb. prædio. nu. 9. cap. 19.*

Secundò, hanc sententiam confirmat id, quod traditur, licet jus confirmandi Episcopum discontinuum sit, cum tamen illud non prædio sed personæ Archi-Episcopi debeatur. In præscriptione ꝛ tamen hujus juris non requiritur *48* lapsum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, sed sufficere lapsum longissimi temporis triginta annorum nempe, sicut hoc expressè atque in specie decidit, *Domin. c. non est de consuetud. lib. 6. & refert. atque sequitur Aufrerius in decis. Tholosan. quest. 324.*

Tertiò, hanc sententiam probat *49* id quod traditur, licet jus collectandi discontinuum sit, cum tamen hoc jus non prædio sed personæ debeatur, illud cum titulo spatio longi temporis, & absque titulo spatio longissimi temporis 30. annorum nempe præscribi, sicut hoc decidit, *Alexan. conf. 68. lib. 2. Felin. c. cum nobis extr. de præscript. Curt. junior. conf. 60. col. 2. in fin. Tiraquel. in tract. de utroq. retractu 1. par. §. 36. gl. 2. num. 41. Symon. Crav. in tract. de antiquit. temporis 4. par. §. materia ista, num. 31. & 32.*

Quartò huc accedit, ꝛ quod jus piscandi in flumine publico absque titulo præscribatur spatio 30. annorum, licet illud jus discontinuum sit, *gl. fin. l. si quisquam ff. de divers. & temp. præscript. gl. §. fluminum. Instit. de rerum divisio.* Quintò, ad hanc sententiam confirmandam adduci potest id, quod ꝛ traditur, jus venandi *50* & aucu-

& auctupandi, quod per se discontinuum est, absque titulo praescribi spacio 30. annorum Hieron. Schurf. conf. 1. lib. 3.

Secundò, pro hac sententia confirmanda facit id, quod Dd. tradunt ꝛ jus piscandi eo casu, quo illud non praedio, sed personis familiae, nempe Nobilium & incolis alicujus civitatis aut pagi debetur, praescribi cum titulo spacio longissimi temporis & absque titulo spacio longissimi temporis 30. annorum nempe, Paul. de Castro conf. 4.44. incip. in causa que vertitur col. 3. in fin. lib. 1. conf. 3. incip. in causa que vertitur coram Domino Potestatis Pergami. & conf. 112. incip. super primo videtur attendendum, dictam sententiam col. 2. post medium lib. 2. Aym. Cravet. conf. 4. n. 5. lib. 2.

Septimò, hanc sententiam confirmat & id, quod Dd. tradunt, ꝛ jus incidendi ligna in sylva vel nemore, alterius debitum personis, familiae nempe Nobilium vel incolis alicujus civitatis vel pagi praescribi spacio longissimi temporis 30. annorum nempe Alber. de Ro/a. l. scut. §. si quid universitati. ff. quod cuiuslibet univers. nom. Card. Paris. conf. 111. num. 65. lib. 1.

Octavò, hæc sententia & alia ratione comprobatur. Namque Dd. magis communiter tradunt, ꝛ in praescriptione illius juris, quo quis praescribere vult, ut incolae alicujus loci civitatis vel pagi ad suum molendinum vel furnum accedere cogantur, quod jus per se discontinuum est, non requiritur lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, sed sufficere cursum longissimi temporis 30. annorum nempe, Abb. c. Abbate S. sylvani extr. de verb. signif. Cæpol. in tract. de servit. ut. praedior. c. de sum. Jaf. l. quò minus. num. 32. & ibi Ripa. ff. de flumin. Guido Papa q. 298. & q. 631. Alber. Brun. conf. 56. Jacob. de S. Georgio in tract. feud. ver. & cum venationibus. Fran. Bald. in tract. de praescript. 4. par. 5. par. princ. q. 5. nu. 3. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. §. materia ista num. 99. Et sic per praedicta concludo, Nobiles jus & vendendi & coquendi cerevisiam etiam secundum juris communis dispositionem absque titulo hoc jus coquendi & vendendi cerevisiam, spacio 30. annorum praescribi posse.

Cæterum, cum consuetudo & praescriptio non sint contraria, Nobilibus à B. permissam est, simul & semel alle-

gare & consuetudinem & praescriptionem, Bal. l. 1. c. de servis fugit. Franc. Bald. in tract. de praescription. 1. par. q. 10. n. 12.

Quoad quartum dubium ꝛ videtur dicendum, Nobilibus à B. si ipsi in pagis suis merum & mixtum imperium & omnimodam jurisdictionem habeant, permitti tale statutum condere, ne subditi ipsorum ab aliis quam ipsis cerevisiam emant.

Quæ sententia confirmatur primò ex eo, quod Dd. communiter tradunt, ꝛ valere statutum, quo caveatur, ne subditi extraneis sive forenlibus res suas vendant, Bart. l. filius familias. §. divi. q. 3. & ibi Aug. Imm. Alex. & Jason. lect. 1. nu. 71. & lect. 2. nu. 106. ff. de legat. 1. Joen. And. Pet. de Anchor. & Dominic. & Philip. Franc. c. fin. de jurejur. Calc. lib. 6. Bar. Bal. & Salicet. l. dudum arg. ill. text. C. de contrab. emp. Bart. l. si in emptione. §. 1. & ibi Bal. Salicet. & Alex. arg. ill. text. eo tit. Bart. l. in quorum ff. de pignor. Bart. l. si quis ita §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bart. l. ult. C. de exact. tribu. lib. 30. Bart. l. 2. C. de praediis. novicul. lib. 11. Alex. conf. 103. num. 6. lib. 2. conf. 78. col. 1. & conf. 152. col. 1. eo lib. 1. Dec. conf. 661. col. 1. fa. text. l. 1. c. non licere habitatio Metrocomia. lib. 11. cum similib. alleg. per Tiraquel. in tractat. de utroq. retractu in praefatione 1. paris num. 18.

Quare cum ꝛ emere & vendere corꝛelativa sint, atque dispositum de uno ex corꝛelativis, etiam in alio corꝛelativorum locum habeat, l. fin. & ibi Jaf. & Dd. C. de indicta vidu. tollen. l. 1. & ibi Bart. C. de cupress. lib. 10. l. fin. & ibi Bar. ff. de acceptilation. sequitur, simili modo valere statutum prohibens subditis, ne ipsi cerevisiam vel aliam rem à forensibus sive extraneis non subditis nempe emant.

Secundò hanc sententiam probat text. l. mercatores C. de commerc. & mercat. ubi. Namque cum, ut ex illa lege colligitur, lex civilis prohibens subditis Romani Imperii quid emere ab illis, qui Romano Imperio subjecti non sunt, valeat, videtur dicendum, simili modo valere statutum prohibens subditis à non subditis quid emere,

Tertio, hanc opinionem confirmat id, quod Dd. tradunt, valere statutum, quo caveatur, ne subditi vinum, oleum, frumentum, vel quid aliud extra territorium portent vel vendant, Hostiensis. Joen. And. Anto. de Dist. de Inno. c. 2. & ibi

H. VI  
28

*Fel. nu. 22. ext. de constitut. Bart. l. fin. arg. ill. text. ff. de decret. ab ordin. faciend. Bart. l. mercatores arg. ill. text. C. de commer. & mercator. fa. text. l. 1. C. qua res exportat. non debeant.*

Igitur videtur dicendum, simili modo valere statutum, quo cavetur, ne subditi cerevisiam vel quid aliud extra territorium sive pagos nostros emant, sed in territorium sive pagos nostros importent.

38 Quartò, ¶ cum ordinata charitas incipiata seipsa, l. *præs. C. de servit. & aqua. c. si non licet 23. quest. 5. Socin. conf. 11. n. 7. conf. 26. num. 2. lib. 1. & conf. 8. num. 6. lib. 3. Corn. conf. 282. num. 5. lib. 1. & conf. 141. num. 7. lib. 2. Albert. Brnn. conf. 114. num. 423. & conf. 117. num. 165. Card. Paris. conf. 26. num. 32. lib. 1.*

Et ordinata charitas plus amet se in ungue pedis, quam adversarium in vertice capitis, *Bal. conf. 312. incip. visis actis col. 1. lib. 4.*

Et Alpinus ille canat, qui se plus diligit ullum, *Bal. conf. 199. col. 1. lib. 1.* Receptum est, & eum qui se plus altero diligit, dolum non intelligi committere, *Paul. de Cast. conf. 192. incip. verba opposita col. 2. lib. 1. Aymon. Crav. conf. 8. num. 16. lib. 1.* Et statutum ex ordinata charitate factum, ratum esse, Idet illud alterius præjudicium respiciat, *Joan. And. Hostiens. & Ant. de But. c. dilecti & ibi Abb. n. 7. ext. de arbit. Matt. de Afflict. c. 1. §. post natali num. 9. de pace tenenda. Matt. de Afflict. decision. Neapolita. 290. Sigismund. Neapol. conf. 25. num. 7. & 6.*

Quare, cum edictum sive statutum prohibens subditis, ne ipsi ab aliis quam a Dominis suis Nobilibus nempè, cerevisiam emant, ex ordinata charitate factum sit, ut videlicet lucrum quod ex emptione cerevisiæ provenit, potius ipsis Dominis quam extraneis sive forenibus acquiratur, sequitur, hoc statutum indistinctè ratum esse, licet illud aliorum præjudicium respiciat.

59 Quintò, cum dispositum de rebus & in personis quocumque locum habeat, l. qui furere & ibi Albert. de Rosa. & Bald ff. de statu homin. l. si quis filio exheredato §. pen ff. de injusto rupto irritò facto test. l. si quis in §. si ita legatum ff. de legat. 1. atq; secundum legitimas sanctiones, cuilibet licitum atq; permissum sit, de rebus suis pro suo libitu disponere etiamsi hoc tendat in

præjudicium illius, qui ex illis rebus lucrum percepit, l. Imperatores ff. de servit. urbanor. prædior. l. 1. §. deniq; l. 2. §. pe. & l. si in meo. ff. de aqua pluvi. arcen. l. fluminum. §. fin. cum duab. legib. sequent. ff. de dam. infect.

Sequitur eodem modo cuilibet licitum atque permissum esse, pro suo libitu disponere de personis suis sive sibi subditis, etiamsi hæc dispositio respiciat præjudicium personarum non subditarum. Et per consequens statutum sive edictum quo cavetur, ut subditis non ab extraneis sive à non subditis, sed ipsis Dominis suis Nobilibus cerevisiam emant, ratum esse.

Sextò, cum privatis, qui habent peculiare Dominium rerum suarum, permittatur alteri auferre illud lucrum, quod ipse ex re sua sive occasione rei suæ percipit, l. 1. Deniq; l. 2. §. pen. & l. si in meo. ff. de aqua pluvi. arcen. l. fluminum. §. fin. cum duabus legib. sequent. ff. de dam. infect. videtur multò magis dicendum, Nobilibus, qui in illis pagis, quos in feudum acceperunt universale dominium habent, arg. ejus. quod tradit. Car. l. 1. §. fin. ff. de rei vendicat. Bal. Alex. Jus. Dec. & Dd. l. 1. C. unde legitim. licitum atque permissum esse, aliis auferre illud lucrum, quod ipsi ex pagis suis vel occasione pagorum suorum ab incolis nempè pagorum suorum percipiunt.

Namque Nobiles aliis non deterioris sed plerumque melioris conditionis sunt, sicut hoc latè tradit Tiraquel, in tract. de Nobilit. caput. 20.

Quare cum edictum factum à Nobilibus, ne illi qui pagos suos incolunt, ab illis qui ipsi subditi non sunt, cerevisiam emant, privet non subditos illo lucro quod ipsi ex illis rebus, in quibus Nobiles saltem universale dominium habent, pagis nempè suis sive occasione pagorum ab illis nempè qui hosce pagos incolunt, percipiunt, videtur dicendum, hoc edictum licitum esse.

Septimò, cum in omnibus dispositionibus id, quod principaliter fit & attendendum & secundum illud de tota dispositione judicandum sit, arg. l. Julianus. ff. de in integ. restitut. l. si quis nec causam in princip. & ibi Jus. Dec. & Dd. ff. si cert. petat. l. 1. §. inde querit. ff. de exercit. actio. ille actus qui alteri præjudicium affert, non principaliter sed secundariò perinde habendus est, atque si ille alteri nullum

Dd

præ-

præjudicium adferret, *glos. fin. c. quamvis de pact. lib. 6. Jas. l. nec quisquam l. ubi decretum. col. 6. ff. de offic. proconsul. Jason. l. si quis nec causam in prin. num. 8. ff. si cert. petat. Jason. l. decem ff. de verbor. obligat. Dec. l. generaliter. col. 3. C. de institution. & substitution. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. part. 8. circa præmissa num. 15.*

Igitur cum prædicta prohibitio fiat principaliter in favorem ipsorum Nobilium prohibentium atque secundario tantum præjudicet civitatibus, videtur dicendum, hanc prohibitionem perinde valere atque si hæc prohibitio nulli præjudicium afferret.

63 Octavo, ꝑ cum subditi sive coloni volentes res suas sive fructus suos vendere, cogantur illas res sive illos fructus potius vendere Domino sive superiori suo quam alteri, *l. 1. & ibi Bart. C. de metall. & metalla. lib. 10. videtur dicendum simili modo incolas alicujus pagi volentes cerevisiam vel quid aliud emere, cogi illud potius à Domino sive superiori suo quam ab alio emere.*

Namque emere & vendere correlativa sunt, & dispositum de uno ex correlativis, etiam in alio correlativorum locum habet, *l. fin. & ibi Bart. Jas. & Dd. C. de indict. vinduit. tollis.*

64 Nondè, hanc sententiam confirmat id, quod Dd. tradunt, ꝑ valere statutum, quo cavetur, ut subditi pro molendo frumentum non ad molendina extraneorum sed ad molendina ipsius statuentis accedant, *Bal. inter conf. Pet. de Anchor. c. 11. Pet. de Anchor. c. 1. ext. de constitution. Alex. conf. 211. num. 11. lib. 2. Aymon. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. parte. 8. circa præmissa Joan. Calderin. consil. 21. tit. de constitution. cui consilio se etiam subscripsit Pet. de Anchora.*

Ex quo videtur simili modo inferri statutum quo cavetur, ut subditi cogantur cerevisiam à Domino sive superiore suo non autè ab extraneis emere.

Nec obstat huic decisioni id, quod forsitan dici potest, ꝑ cum statutum prohibens subditis cerevisiam ab aliis quam à Dominis suis emere, refragatur juri communi tale statutum à Nobilibus jurisdictionem habentibus condi non potuisse.

Namque certum est, Magistratus superiorem recognoscentes, licet illi jurisdictionem perpetuam habeant,

contra jus commune statuta condere non possent; *Hofstiens. & Joan. And. c. fin. ext. de offic. Archiepisc. Joan. And. in add. ad speculat. Rub. de Bald. conf. 330. lib. 4. Curt. senior conf. 79. col. fin. Martin. Laud. in tract. de princ. 8. 92. Albert. Brun. conf. 108. lib. 3. Bald. & Jas. l. omnes populi. ff. de just. & jur. Abb. conf. 1. num. 3. lib. 2. Alexan. & 14. l. nempe potest ff. de legat. 1. Alex. conf. 77. num. 14. lib. 4. conf. 34. num. 4. lib. 6. & conf. 90. lib. 7. Fel. c. 1. extr. de rescript. Fel. c. quid super his ext. de major. & obedien. Jas. l. 1. C. de precib. Imperator. offer. Jas. l. 1. apertissimi C. de judic. Dec. l. 1. in prin. n. 20. ff. quod quis ꝑ. Dec. Rub. num. 22. C. qui admit. Dec. c. que in Ecclesiarum extr. de constit. Aymon. Cravet. conf. 103. num. 2. lib. 1. Ad hoc enim contrarium respondeo, statutum prohibens subditis ab aliis quam ab ipsis statuentibus Dominis nempe illorum subditorum cerevisiam emere, non refragari juris communis dispositioni. Namque per hoc statutum aufertur aliis illud lucrum, quod lucra ipsi ex rebus vel personarum illorum Dominorum percipiunt: & certum est, secundum juris communis dispositionem cuiuslibet licitum & permissum esse, auferte aliis illud lucrum, quod alii percipiunt ex re, vel personis suis: iteꝑ, & illud commodum, quod alii percipiunt occasione rerum sive personarum suarum.*

Et sic per prædicta videtur concludendum, Nobilibus habentibus merum & mixtum Imperium, permitti tale statutum condere, ut subditis suis non ab extraneis sed potius ab ipsis Nobilibus cerevisiam emant, quod absque dubio procedit eo casu, quando Nobiles tale statutum condunt cum consensu subditorum suorum. Namque certum est, omnes Magistratus inferiores cum consensu subditorum suorum etiam contra jus commune statuta condere posse, *Dec. l. 1. in prin. n. 22. ff. quod quis ꝑ. jur. facit id quod tradit Bart. l. omnes populi. n. 8. ff. de just. & jur. Archiepisc. c. certè 12. q. 1. Dom. c. ple. cuit 12. q. 1. Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 4. part. 8. circa præmissa.*

In quinto dubio concludo, ꝑ commisso promissum sive conventionem inter civitatem C. & inter C. & L. à B. non nocere M. & C. à B. Namque licet in prædicta conventionem sive compromisso prædicti C. & L. à B. cum illi essent R. et.

H. VI  
28

reoperunt in se onus probandi, ipsis competere jus coquendi & vendendi cerevisiam, atque in probatione defecerint, tamen hoc nec ipsis quidem C. & L. à B. multò verò minus M. & C. à B. nocere debet. Certi enim juris est, reo nihil obesse, licet ipse onus probandi, quod in se recipit, non adimpleverit, nec ipsum eam ob causam condemnari posse, nisi Actor intentionem suam planè probet, *gl. Bart. Florian. & Dd. l. circa ff. de probation. Bar. Alex. Iaf. & Dd. l. de vus ff. de re judica. Bald. l. 1. col. 19. vers. & cum queritur C. de confess. Ab. c. 2. & ibi Fel. num. 36. & Dec. num. 12. & 13. extr. de rescript. Dec. c. licet causam num. 24. vers. quartò fallit. extr. de probation.*

67 Ad sextam quæstionem † respondeo, prædicta mandata sive rescripta Illustrissimi & Reverendissimi Archiepiscopi Magdeburgensis M. & C. à B. nihil obesse, nec per illam præscriptionem juris coquendi & vendendi cerevisiam interruptam fuisse.

Primò, quia hæc rescripta sunt res inter alios acta, & certum est, quod res inter alios acta aliis non præjudicet neque noceat, *l. C. res inter alios acta.*

Secundò, quia certum est, rescripta, epistolas sive mandata Principum vel Archiepiscoporum rei judicatæ autoritatem non obtinere, *l. 2. & l. program. ma. C. commin. epist.*

68 Tertiò † quia ad conceptionem sive promulgationem hujus mandati sive rescripti Nobiles à B. citati non sunt, & certi juris est, sententiam etiam in causis summaris prolatam non valere, neque ulli præjudicare, nisi illi, de quorum præjudicio agitur, ad illam sententiam citati sive vocati fuerint, *l. 1. §. item cum ex edicto ff. que sentent. sive appellatio. rescind. c. cum olim, & ibi gl. ext. de testib. Clem. sepe de verb. significat. Abb. c. consuluit & ibi Dec. num. 8. extr. de probat. Roman. singular. 367. incipien. citatur quis. Alex. l. finita §. Julianus col. 11. ff. de dam. infecto.*

69 Quartò, † quia certum est, per rescriptum sive mandatum Principis vel

Archiepiscopi regulariter non interrupti præscriptionem, *l. sciat vers. nec sufficit. C. de prescription. 30. vel 40. anno. gl. Auben. de exhiben. re. in prin. & ibi Ang. Fel. c. illud. extr. de prescript. Franc. Balb. in tract. de prescript. 3. par. 6. par. prin. quest. 4. princ. vers. quero igitur primo. num. 4.*

In septimo dubio concludo, † non Nobilibus à B. incumbere onus probandi, quod ipsis jus & coquendi & vendendi cerevisiam competat, sed civitate in C. probare cogi, quod Nobilibus à B. non liceat cerevisiam coquere & vendere. Ad quam sententiam tenendam moveor primò, quia Civitas C. partes Actoris, Nobiles verò à B. partes Rei obtinent.

Et certum est, quod Actori non autem Reo onus probandi incumbat, *l. qui accusare & ibi Iaf. Dec. & Dd. C. de den. l. acto. & ibi Bald. & Dd. c. de probation. c. 1. extr. ut Eccles. benef. sive domin. conf.*

Secundò, † ad hanc sententiam confirmandam facit, quod Nobiles à B. sunt in quasi possessione vendendi & coquendi cerevisiam, quodque legibus expressè cautum est, possessionem ab onere probandi relevare, §. commodum. Institut. de interdico. l. is qui destinavit. ff. de rei vindication. l. final. C. eo. tit.

Tertiò, quia Nobiles à B. non modò nullam habent præsumptionem juris contra se, sed ipsi habent expressam non tantum præsumptionem, sed & dispositionem juris pro se, quod ipsis cerevisiam coquere liceat.

Quare, † cum quasi possessio jurium incorporalium indistincte & absque dubio relevet ab onere probandi eo casu, quando huic quasi possessioni nulla juris præsumptio refragatur, *l. circa, & ibi gl. verb. ingenium. ff. de probation. l. liberis. §. final. ff. de libera. cau. l. moveor. l. de ser. exportan. Bart. & Jason. l. sepius. ff. de oper. nov. nunciat. Bald. & Alexand. l. Titia. ff. sol. matrimo. sequitur, & hanc quasi possessionem juris coquendi & vendendi cerevisiam ipsos ab onere probandi relevare.*

Num.